1592

IN DEI nomine et eius gratia Amen. Noverint universi quod ego Gabriela Mas vidua relicta Berengarii Mas hortulani Maioricarum qui heres usufructuaria omnium
[illegible] dicti viri mei prout constat eius ultimo et valido testamento per eundem virum meum facto et firmato penes discretum Gabriellem Antich notarium Maioricarum
sciens et attendens inter alia bona seu censualia existere seu esse in dicta hereditate dicti viri mei duas libras monete reg[alium]
[illegible] census quas facere tenentur singulis annis heredes seu successores magistri Guillermi [illegible] Mas ville de Porreres sub die [illegible] prout constat [illegible] posse
[illegible] Guillelmi Fons notarii Maioricarum qui sub die vigesima octava mensis aprilis anni millesimi quingentesimi quinquagesimi quarti que due libre censuales sunt
[illegible] et in presentiarum super dicto censuali ducitur questio inter me ex una et dictos heredes ex altera et data est inter nos sententia per magnificum
[illegible] Basilium Maioricarum sub die decima sexta mensis decembris anni millesimi quingentesimi nonagesimi primi iniqua sententia fuit mihi imposi[tum]
[illegible] silentium et ego tanquam gravata a dicta sententia appellavi ad regiam audientiam Maioricarum et quia mihi non expedit ducere causas quia sum
[illegible] vidua et [illegible] et vos magister Michael Canet sartor Maioricarum gener meus vos obtulistis dictam appellationis causam ducere et finire expen[sis]
[illegible] vestris propriis volendo vestris meritis condecendere et ob purum et benivolum amorem quem gero erga vos gratis et scienter dono donatione
[illegible] mera simplici et irrevocabili inter vivos ac deputo vobis dicto magistro Michaeli Canet sartori Maioricarum genero meo presenti et acceptanti et
[illegible] omnes pensiones revera debitas usque in presentem diem occasione dictarum duarum librarum censualium et que cessabunt currente dicta causa cum pacto
[illegible] et conditione quod teneatis vos dictus Canet expensis vestris propriis prout vos obtulistis prosequi et finire dictam appellationis causam et non aliter
[illegible] nec alio modo. Hanc itaque donationem vobis facio prout melius et utilius dici dictari scribi et ordinari poterit ad vestrum et vestrorum commodum et
[illegible] Constituens eum presenti et ex nunc me predicta que vobis dono [illegible] vestro et vestrorum nomine amodo tenere et possidere donec inde vos seu vestri
[illegible] possessionem apprehenderitis realem et corporalem seu quasi vel aliam quamcunque de iure vel de facto quam liceat vobis et vestris apprehen[dere]
[illegible] vestra propria auctoritate quandocunque volueritis et adeptam penes vos et vestros licite et perpetuo retinere seu quasi titulo omni et ex causa donationis
[illegible] Do et cedo vobis et vestris omnia loca et iura mea et actiones meas quascunque mihi et meis in predictis omnibus competentes competituras ac debentes
[illegible] quoquomodo quibus quidem locis vocibus iuribus et actionibus meis predictis possitis amodo vos et vestri uti agere exercere et experiri vosque tueri
[illegible] in iudicio et extra. Constituens etiam vos et vestros [illegible] et inde dominos veros et procuratores irrevocabiles ad agendum vestris et vestrorum omnimodas
[illegible] Mandans dicto censualerio et suis quatenus de dictis pensionibus cessis et cedendis vobis et vestris respondeant et solvant prout et quemadmodum mihi
[illegible] respondere tenebantur ante presentis instrumenti confectionem. Renuntians omnibus causis ingratitudinis quibus donationes revocantur et legi sive iuri
[illegible] donationem excedentem summam quingentorum aureorum iudicis insinuatione pretermissa non valere necnon omnibus aliis legibus et iuribus hiis obvi[antibus]
[illegible] quovismodo. Promittens et bona fide conveniens vobis et vestris me huiusmodi donationis instrumentum semper habere ratum gratum validum atque firmum
[illegible] contravenire sub bonorum meorum presentium et futurorum omnium obligatione. Ad hec ego dictus Michael Canet sartor [illegible] presens et acceptans
[illegible] donationem de eadem vobis refero gratias non quas debeo sed quas possum et valeo. Actum est hoc in civitate Maioricarum die decima sexta mensis
[illegible] anno a nativitate domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo. Sig+num meum Gabriele Mas donantis. Sig+num meum
[illegible] Michaelis Canet acceptantis predictorum qui hec laudamus concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt Anthonius Soler sartor et Anthonius Mestre hortulanus Maioricarum in quorum presentia dicta Gabriela Mas
firmavit et dictus Canet acceptavit.

Sig-num meum Josephi Valle auctoritate Regia notarii publici et civis Maioricarum qui huiusmodi instrumentum recepi et in hanc publicam formam
redegi scripsi et propria manu clausi.

1592